Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



auditis frs indutias postulauerunt. donec omnes simul
loquerent. Si hec electio cū omniū fratrum consensu fieri
potuissæ. Cumq; in loco destinato collecti frēs colloquia in
ter se habere cepissent. de p̄fata electione quibusdam frib̄
placuit. quibusdā displicuit. sed tam̄ cū consilio amicorū
roborati. epi uoluntati parentes. in unum coadunati Rd̄
dungum ad abbatem elegerunt. Et cū eo ad ep̄m regredi
entes unitatis eorū electionē ei nuntiauerunt. His audi
tis epis assumpto baculo cōmendaū abbatiam p̄fato rd̄dun
go. usq; in p̄sentiā imp̄ris. qui tunc in imp̄io patri suo eq̄
uoco successerat. & illum cōmendauit suis nepotib̄ & aliis
suis fidelibus. ut eū celsitudini imp̄ris p̄sentarent. & illis
cū fide eū iuuantib̄ ab eo hec confirmarent. His ita exple
tis ppriam sui episcopatus reuisitauit sedem. Moenia aū
auguste ciuitatis introgressus. magna tristicia septus est
p morte ad alberonis sui nepotis & p obitu imp̄ris. cui semp̄
fidem seruauit in omnibus. cui & iam amor pectoris eius
firmiter conglutinatus est. Pro requie v̄ animarū ambo
rum multas elemosinas largitus ē paupibus. & multas
orationes & p̄ces ad d̄nm cottidie effudit. ut eis misereri
dignaret. Missarū v̄ officia cottidie celebrare n̄ desistebat.
quoadusq; uires corporis sic subtrahebant. ut nullom̄ ul
tra p se stare potuissæ. Ad mensam v̄ sedebat. & sedentibus
cum eo conuiuiū faciebat. & ille quasi ieiuniis abstinebat.
& postea in eccl̄a t̄ in cubiculo suo du ci cantatione psal
morū. ut auditione lectionū sacrarum recreatus ē. Vires
ū corporis cū ei ita defecissent. ut p se missam cantare
non potuissæ. cottidie in eccl̄am introductus. deuotissi
me eam audire. & interim orationib̄ intentis insistere n̄